

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

Wild, Adam

Altdorfii, 1705

§. II

urn:nbn:de:bsz:31-105875

Eti, quod ad veritatis celestis propagationem etiam extraordinarie conceditur, nemo tamen de hoc homine, ejusque manifestationibus presumere potest, ipsum à Spiritu S. instructum fuisse: siquidem non qua veritatis sunt, sed qua contra veritatem, scripserit, quæq; nullum alium auctorem habent, quàm patrem mendacii, utpote Spiritui veritatis, & Scriptura sacra prorsus adversa. Proinde colligit, fanaticum esse illum sutores Gørlizensem, Quackeris geminum, oportere, & visiones ejus Enthusiasticas, vereq; diabolicas. Hactenus Calovius.

Origo deliriorum Bøhmianorum.

§. II. Occasionem delirandi ipsi dederunt scripta *Weigelii*, fanaticorum omnium principis, ex quo cæteri omnes ad hunc usque diem delirant. Natus est *Weigelius*, ut epitaphium ipsius, Tschopaviæ erectum, quod adhuc hodiè visitur, habet, anno 1533. mortuus anno 1588. Scripta ipsius demum post viri mortem à Cantore, *Weickero*, in mundum descripta, & circa initium seculi superioris, hoc est, ætatem *Bøhmii* durantem, edi cœpta sunt, unde tum suum virus hausit. Sicut autem circa *Weigeliana* scripta, ne damnum Ecclesiæ inferrent, statim operam dedit *Electoralis Consistorium Saxonicum*, ut omnia conquesta ad *Martinum Chemnitium* deferrentur; posteaque, cognito doctrinæ divinæ, inde suboriente, periculo, igne concremata sunt, ne *MStum* amplius ullum reperiretur: ita simili executione circa *Bøhmiana* scripta ut statim à primordio actum esset, adhuc optant omnes *γνησίως* orthodoxi.

Bøhmii ab initio non impugnatur.

§. III. Perspicuum non est, an vel vivente *Bøhmio*, vel statim post ejus mortem, vel *Bøhmii* ipse, vel scripta ipsius fuerint impugnata, editumque contra ipsum aliquid in lucem? Ad dicit autem *Dn. D. Fechtius* rationem, cur id non fuerit factum, quia scilicet *Bøhmium* singuli Doctores, tum in Ecclesiâ nostra florentes, hominem obscurum, qui nec intelligeretur ab aliis, nec semetipsum intelligeret, eundemq; haud eruditum, sed ex infimâ plebe,

plebe, sum q
hat, tant
ruisse *Bøhm*
dum est, qu
non amaver
falsus spiritu
tur, nisi tu
rum, vel de
notati.

§. IV. C
annum secul
Gub. Voëtio,
men. Partes
dorus von Z
anno 1644. &
studio refell
rius (alias G
polit ano, L
Zehr-nud G
rungs-Patr
ceu tellem
sum opere
tissimis scri
Ex quo magis
tur, comagis
tur, equipar
nspiratis, a
hoc argume
in Judicio P
Pfeifferus, p
ta constaret